



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] iniustitia ex suo genere sit peccatum mortale? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

secundum id quod exterius agitur, prout in se consideratur, vt dictum est *. Id autem quod est ibi formale, & per se, attenditur secundum voluntatem agentis, & patientis, vt ex * dictis patet. Dicendum est ergo quod aliquem facere iniustum, & alium pati iniustum, materialiter loquendo, semper se comitantur. Sed si formaliter loquamur, facere aliquis potest iniustum, intendens iniustum facere: tamen alius non patietur iniustum, quia volens patietur. Et e converso potest aliquis pati iniustum, si nolens id quod est iniustum, patiatur: & tamen ille qui hoc facit ignorans, non faciet iniustum formaliter, sed materialiter tantum.

ar. prae.

In cor. &
ar. prae.

ARTIC. IV.

Virum quicumque facit iniustum, peccet mortaliter?

333

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod non quicumque facit iniustum, peccet mortaliter. Peccatum enim veniale mortali opponitur. Sed quandoque veniale peccatum est, quod aliquis faciat iniustum. Dicit enim * Philosoph. in 5. Ethic. de iniusta agentibus loquens, Quicumque non solum ignorantes, sed & propter ignorantiam peccant, venialia sunt. Ergo non quicumque facit iniustum, mortaliter peccat.

Inf q. 69.

ar. 1. cor.

q. 70.

ar. 4. co.

q. 110.

ar. 3. cor.

* ca. 8. in

fi. 10. 5.

¶ 2 Præterea, Qui in aliquo parvo iniustitiam facit, parum à medio declinat. Sed hoc videtur esse tolerabile, & inter minima malorum computandum, vt patet per * Philosoph. in 2. Ethic. Non ergo quicumque facit iniustum, peccat mortaliter.

e. ult. civ.

fn. 10. 5.

¶ 3 Præterea, Charitas est mater omnium virtutum, ex cuius contrarietate aliquod peccatum dicitur mortale. Sed non omnia peccata opposita alijs virtutibus sunt mortalia. Ergo etiam neque facere iniustum semper est peccatum mortale.

SED contra, Quicquid est contra legem Dei, est peccatum mortale. Sed quicumque facit iniustum, facit contra præceptum legis Dei: quia vel reducit ad furtum, vel ad adulterium, vel ad homicidium,

D 4 dium,

q. 64. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

q. 64. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

q. 64. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

* q. 24. a. 12. c. 1. 2. q. 72. a. 5. RESPONDEO dicendum, quod sicut supra * dictum est, cum de differentia peccatorum ageretur, peccatum mortale est quod contrariatur charitati, per quam est animæ vita. Omne autem nocumentum alteri illatum, ex se charitati repugnat, quæ mouet ad uolendum bonum alterius: & ideo cum iniustitia, semper consistat in nocumento alterius, manifestum est quod facere iniustum, ex genere suo est peccatum mortale.

Ad primum ergo dicendum, quod illud uerbum Philosophi intelligitur de ignorantia facti, quam ipse uocat ignorantiam particularium circumstantiarum, quæ meretur veniam: non autem de ignorantia iuris, quæ non excusat. Qui autem ignorans facit iniustum, non facit iniustum, nisi per accidens, ut supra dictum est *.

Ad secundum dicendum, quod ille qui in paruus facit iniustitiam, deficit à perfecta ratione eius quod est iniustum facere, in quantum potest reputari non esse omnino contra uoluntatem eius, qui hoc patitur: pura si auferat aliquis alicui unum pomum, uel aliquid tale, de quo probabile sit, quod ille inde non lædatur, nec ei displiceat.

Ad tertium dicendum, quod peccata, quæ sunt contra alias uirtutes, non semper sunt in nocumentum alterius, sed important inordinationem quamdam circa passiones humanas. Unde non est similis ratio.

QVÆST. LX.

De iudicio, in sex articulos diuisa.

Postea considerandum est de iudicio.

¶ Et circa hoc quaruntur sex.

¶ Primo, utrum iudicium sit actus iustitiæ?

¶ Secundo, utrum sit licitum iudicare?

¶ Tertio, utrum per suspensiones sit iudicandum?

¶ Quar-